UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

LIX. Testament Dieterich Bolte's, Vicars zu Sanct Peter in Seehausen, vom 5. Januar 1536.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55834

Visual Library

gelouen, Sunder Jennigerleye Ingefall, hulperede effte geferde, wol ſchollen geholden werden; Deſſes to Orkundt, merer vorwaringe vnd ſtarkeren gelowen hebben wy ergemelte Ulrik vnde Gewert van Jagow, gebroder, vnſe angeboren Ingeſegele vor vns, vnſe rechte eruen witliken vnd myt guder eyndracht an duſſen vnſen apenen breff heiten hangen, Die gegeuen vnd geſcreuen is Nach Chriſti vnſes hern geborth Duſent viffhundert, Im viff vnde druttigeſten Jare, am auende Johannis Baptiſte tho mydden Sommer.

Nach einer vom Herrn Paſtor Bartſch in Seehauſen mitgetheilten Abſchrift.

LIX. Teſtament Dieterich Bolte's, Vicars zu Sanct Peter in Seehauſen, vom 5. Januar 1536.

In nomine domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem Milleſimo quingenteſimo triceſimo ſexto, Indictione Nona, die vero Mercurii, quinta Menſis Januarii, hora Miſſarum ſeu quaſi, pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto patris et domini noſtri, domini pauli divina providentia pape Tertii Anno primo, In mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum preſentia perſonaliter Conſtitutus honorabilis vir dominus Theodericus Bolte, presbiter et vicarius perpetuus in parochiali eccleſia Sancti petri Opidi Sehuſen, Verdenſis dioceſeos, ſanus mente et compos ſui, licet corpore aliqualiter languidus, vt apparuit, Conſiderans morte nichil certius, volens ob id, vt aſſeruit, caſum Inteſtati evitare et mortem ſuam temporalem ordinatione teſtamentaria ſalubriter prevenire, Omnibus meliori modo, via, Jure, Stilo, cauſa et forma, quibus melius et efficacius potuit, ſuum edidit inſcriptum nuncupativum teſtamentum ſive vltimam ſuam declaratam voluntatem, prout in quadam papiri Cedula mihi Notario ad manus tradita et aſſignata plenius continebatur, Cujus quidem Cedule tenor in effectum ſequitur et eſt talis: Ego Teodericus Bolte, presbiter Verdenſis dioceſeos, ſanus corpore et mente, perpendens, quod ſecundum Apoſtolum omnibus hominibus ſtatutum ſit a deo ſemel mori Et vita hominis ſit admodum brevis et tranſitoria Et mors hominem vbique et omni hora expectet, Ideo tota vita prudentis debet eſſe meditatio mortis. Quapropter ob anime mee ſalutem de omnibus meis rebus et bonis meliori modo, quo potui, hoc meum condo et ordino Teſtamentum. Primo et ante omnia do et Aſſigno domino noſtro Jheſu Chriſto ac pie ſue matri meam peccatricem animam, illam ipſam miſericorditer ab Impugnatione demonum defendendam Et cum ſanctis omnibus gloria feliciter collocandam, corpus vero terre, vnde ſumptum eſt, ſepeliendum. Secundo aſſigno Sancto Petro Vnam marcam. Tertio aſſigno Sancte Catharine Virgini in Hamburg duos aureos ad fabricam. Quarto geue ik de II mark Renten, ſo ich to holthuſen hebbe, tor ere gots, darvor ſchollen myne Teſtamentarien ein laken wandes, graw odder witt, alle Jar kopen armen luden to uordeilen, de des not hebben. Item de grapen, de dar hangt na dem Begginenhuſz warth, hebbe ich her barden vam Spane affgepandet vmme verſeten tinſen vor langen Jarn, des Jars X ſchillinge, de ich plach to manen, do ich vnſer leuen frowen Tide plach helpen to ſingen, vnd den houethſummen hebben de vorſtender des hilgen lichnams entfangen. Sodan grapen ſchollen myne Teſtamentarien to gelde maken vnd geuen dat gelt einer armen maget myner

fruntſchop, de das not het, to hulpe, ſe darmit thom eeſtande to bringen. Item geue mynes broder dochter Annen, Heine Bullen huſfrowen, III mark vth mynem gude vnd nicht mehr, Wente ich heb vormals erem vader ſeligen, Sabel Bolten, mynem broder, an gelde mer gegeuen, alſe Vincent, myn broder, na mynem dode van my werth krigen. Item geue ich fratribus Calendarum vier Stendelſche mark, my to einer Memorien mede antoſchriuen. Item geue ich myns broder husfrowen einen gulden. Item der hans Schatſtedeſchen mynen beſten rok, myne grote kiſte vnd dre mark. Item Joachim Dhenen frowen to Oſterburg dre mark. Item Wilke Smedes dochter eine mark, Joachim, oren broder, myn grote Tidebok. Item geue ich myner maget, Anne Schauen, dre mark, dre Schepel roggen, twe Side ſpecks, I Seger, Ein ſpinde, dat vp der dornitzen ſteit. Item all myn gut, wet es hir Overich is vnd vthgande ſchulde geue ich mynem broder, Vincent Bolthen. De ceteris ſiquidem bonis meis temporalibus diſponant Teſtamentarii mei, prout eis confido Et vtilius eis videbitur anime mee ſalutarius expedire. Et juxta ſolita et conſueta Eligo, Ordino et conſtituo in meos Teſtamentarios Et fideles Executores huiusmodi voluntatis mee honorabiles dominos Arnoldum Moller, Teodricum Mechow presbyteros, Vincent Bolten fratrem meum carnalem et Joachim Dhenen, dans et concedens ipſis vigore preſentium omnimodam poteſtatem diſponendi et ordinandi de preſcriptis et premittitur, Non obſtante amicorum meorum quacunque rebellione aut contradictione cum proteſtacionibus debitis et conſuetis Et aſſigno cuilibet Teſtamentariorum XXIV ſol. lub. et totidem Notario. In cujus rei euidentiam hoc preſens Teſtamentum propriis manibus conſcripſi meo ſub Sigillo. Super quibus omnibus et ſingulis Idem dominus Teſtator me Notarium publicum Infra ſcriptum deſtinata cum Inſtantia requiſivit, vt ſibi et dictis ſuis Teſtamentariis ſuper his vnum vel plura publicum ſeu publica conficerem Inſtrumentum et Inſtrumenta. Acta ſunt hec in domo habitationis dicti Teſtatoris Sub Anno, Indictione, die, Menſe et pontificatu quibus ſupra; preſentibus Ibidem honeſtis viris Thoma Clingebil et paul heſſelſtorſ, laicis et Opidanis Opidi Sehuſen, dicte Verdenſis dioceſeos teſtibus ad premiſſa vocatis atque rogatis.

Ex poſt vero die Mercurii, quinta Menſis ffebruarii, Anno, Indictione, hora et pontificatu quibus ſupra, ibidem domini Teſtamentarii et Executores coram me Notario conſtituti pro Inventario conficiendo de bonis et rebus per dictum dominum Teſtatorem pie defauctum quomodolibet derelictis, Ne ex poſt quicquam ſiniſtri ſeu mali de ipſis aut eorum aliquo, emulis obloquentibus, contingat ſuſpicari, et ne res et bona huiusmodi indebite alienarentur; Primum et ante omnia publice proteſtabantur ac quilibet eorum proteſtatus fuit, Quod vltra facultates et valorem bonorum Inveniendorum et conſcribendorum cuiquam ad reſpondendum velint eſſe aſtricti ſeu quouismodo obligati, Niſi in quantum de jure, Nec ſe aliter de his quoquo modo intromittere. Qua proteſtatione eorum ſtante, cum me Notario et teſtibus infra ſcriptis domum habitationis dicti teſtatoris adierunt jbique res et bona infra ſcripta reperierunt In eſtuario ſeu ſtuba domus, aperientes unum Cumptorium ſeratum Cingulum cum burſa abſque pecuniis Inuenerunt In quadam veſica monete Civitatenſis IIII florenos. It. in parua capſula XXI ſolidos prohibite et relicte monete. It. in alia ladula VII ſolidos II pf. In parua burſa de coreo XIX pf. in obulis Stend. Item ibidem vnas litteras ſignatas ſigillo Hans Embeck ſuper tribus modijs ſiliginis. It. literas conventus Sehuſenſis ſuper concordia habitationis ſue inuerunt, Super paruo promptuario aliquos libros partim ſacrorum Canonum, partim in theologia parum valentes, duos turibulos, I lauacrum eneum, duo manutergia cum birreto. It. in dimidia tunna parum ſalis. Aperientes promptuarium aliquos libros, videlicet vnum medicinale Mannuale curatorum cum Stella Clericorum, Racionale divinorum, pſalterium

gloſatum alias vacuum. Invenerunt ibidem octo ſedes cum duobus cuſſinis. Deinde in Camera reperierunt vnam Spondam ligneam cum tribus lectis inferioribus et uno ſuperiori, duo cervicalia, vnam lodicem, quinque paria linteaminum. Aperientes ciſtam Invenerunt in antiqua moneta XI ſolidos cum uno Cocleari argenteo de vna vncia, tres cuſſinos capitibus ſubſternendos Meliorem ſuam tunicam fuſci coloris ſubductam pellibus. It. tunicam ſuam ferialem de panno vulgariter kemelingk, par caligarum de panno blauio comparentium wamboſium cum vili pellitio et tribus camiſis reperierunt. Inſuper Ibidem XX ulnas linei panni, vnas literas Sigillatas ab illis de Jagow duarum Marcarum Stend., quas aſſignant pro premio annuo emendo pro pauperibus. In alia Ciſta ibidem tria menſalia cum tribus manutergijs. Invenerunt poſtmodum in alia parva Camera vilem lectum cum rebus ad famulam ſpectantibus. Ad latus parvum horologium et in quadam burſa de coreo Altare portatile. Invenerunt demum in diverſorio domus unam amphoram de dimidia ſtopa, tres de quartali et quinque de nocte. Item XIX ollas ereas partim Impignoratas, ſex vaſa ſtannea, IIII^or^ vaſa lignea depicta cum ceteris alijs ligneis vaſis, tres paruas pelues. Invenerunt Item iuxta focum quattuor pernas ſeu peccias Carnis porcine cum Octo ſtipitibus carnis bovine promptuarium ſuum pro cibarijs. Item Calidare vnum de vrnis aque duabus et vnum minus Et in Cellario nichil reperierunt. Poſtremo euntes ad ortum et Ibidem aliqua ligna invenerunt. Alie vero res ad Teſtatorem ſpectantes et quocumque loco Invente parve aut nullius erant reputationis. Quibus ſic ut premittitur Inuentis, ſepefati domini Teſtamentarii me Notarium publicum Infra ſcriptum requiſierunt, vt eis ſuper his unum ſeu plura publicum ſeu publica conficerem Inſtrumentum et Inſtrumenta. Acta fuerunt hec Sehuſen in domo habitationis dicti pie defuncti domini Teſtatoris Sub Anno, Indictione, Die, Menſe et pontificatu quibus ſupra, Preſentibus Ibidem honeſtis viris Wilke Smet et Claus Strus, Opidanis Opidi Sehuſen, Verd. dioc. teſtibus ad premiſſa vocatis atque Rogatis.

Et Ego Caſpar Wilde, Clericus Verd. dioc., publicus Sacra Imperiali Auctoritate Notarius, Quia predicti Teſtamenti, Ordinacioni, Donationi et diſpoſitioni, Exequutorum deputacioni, poteſtatis dationi et proteſtacioni, Rerum ac bonorum Inuentioni Omnibuſque alijs et ſingulis, dum ſic vt premittitur fierent et agerentur, vna cum prenominatis teſtibus preſens et perſonaliter interfui eaque omnia et ſingula ſic fieri, vidi et audiui Et in notam ſumpſi Ideoque hoc preſens publ. Inſtrumentum per me conſcriptum exinde confeci, Subſcripſi, publicaui Et in hanc publicam formam redegi, Signoque nomine et cognomine meis ſolitis et conſuetis Signaui In fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum Rogatus ſpecialiter et Requiſitus.

Aus einer Abſchrift des Herrn Paſtor Bartſch in Seehauſen.

LX. Vergleich zwiſchen denen von Rohr und denen von Schöneberg über Zehnten in Schöneberg, vom 20. Januar 1536.

Im Jar Chriſti vnſers heren gebordt duſend vifhundert im ſös vnde drüttigſten, am Donnerſtage nha Anthonii, ſynth tho Valkenberge im Kroge erſchienen die Erbaren vnd Ehren-